

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4996

Auteur(s) : Rouen (official)

Bénéficiaire(s) : Richard d'Orliens [sergent]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1288, 25 juin

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Les religieux de Bonport fieffent à Richard d'Orliens un tènement à Rouen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CCCXXXIII, p. 344-345.

Texte établi d'après a

Omnibus hec visuris, officialis Rothomagensis, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia constitutus Ricardus Dorliens, serviens, recognovit se cepisse in emphithe in feodum et perpetuum hereditagium a religiosis viris abbatie et conventui [Boni] Portus quoddam tenementum cum omnibus edificiis et pertinenciis ejusdem habebant in civitate Rothomagi, situm ut dicitur in vico de Gourneet, inter Ruffi, ex una parte, et domum Gaufridi Le Candelier, ex altera, sicut se pro vico predicto, per ante, usque ad fossatum domini regis, per retro : tenendum jure hereditario possidendum dicto Ricardo et Johanne uxori sue et eorum heredibus propria exeuntibus et post decessum ipsorum, Johanni de Stampis nepoti Johanne uxoris dicti Ricardi ad vitam tantummodo ipsius Johannis. Tenendum et habendum et possidendum omnia supradicta dicto Ricardo et Johanne ejus uxori et heredibus suis dicto Johanni de Stampis, ut dictum, bene et in pace, libere et quiete de nobis et successoribus nostris absque ulla reclamatione, vel aliquo in posterum interdicto seu contradicto, reddendo exinde nobis et successoribus nostris octo libras turonensium annui redditus, videlicet quadraginta solidos ad festum Beati Michaelis, ad Natale Domini quadraginta solidos, ad Pascha quadraginta solidos, et ad festum Sancti Johannis Baptiste quadraginta solidos. Ita tamen quod non poterunt predictum tenementum vendere, alienare, extra manus suas ponere, vel eciam alio redditu onerare sine licencia dictorum religiosorum vel eorum successorum speciali. Licebit eciam dictis religiosis et eorum successoribus justiciam suam plenariam facere et exercere in dicto tenemento pro dicto redditu habendo, singulis annis, terminis antedictis, quem quidem redditum promisit idem Ricardus, pro se et Johanna, uxore sua, et heredibus suis, quos ad hoc specialiter obligavit, juramento ab ipso coram nobis corporaliter prestito, se redditum et soluturum dictis religiosis et eorum successoribus, de cetero singulis annis, terminis antedictis. Omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura, quoad hoc eisdem religiosis et suis successoribus specialiter in contraplegium obligando. Iu cuius rei testimonium, presenti scripto sigillum curie nostre, ad petitionem dicti Ricardi, duximus apponendum.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo, mense junii, die lune post Nativitatem Beati Johannis Baptiste.